

prompta esse: difficultatem se nonnullam uidere, spē nō leuem ostendi. Et subijciūt obscuris uerbis (quò sit ad ue ri speciē receptus) nisi caueamus, nisi prudēter agamus, nisi auertat Deus, nisi nobis ipsi desimus. Quare uelim, nolim ualde miror, Peucerū in re tam dubia, in tātis cōie cturis, pro certo asseuerare, à Cometa nō pestē solū oriri, sed æstus & procellas, terræ insuper motus, aere torrefacto, et corporib. nostris ustultatis (uidet uniuersa Germania nū hoc anno ustulemur) bella itē, seditiones, omneq; seuū, uiolentū, exitiale, mortiferū, incertū, uariū, mobile. Qualia ista sint, quamue Philosophū deceant, nolo iudi care. Quare ad reliqua. Quis non agnoscat futilem istorū opinionem, dum nō solū post Cometā sed alia quoq; visa, cœli ardantis, paretiorum, etiam post terræ motum, quicquid accidat mali, uel anno pōst (si Deo placet) octauo dicunt id omne ab ijs monstris notari ac gigni: Augu

*Augustinus Niphus.* stinus Niphus Philosophus non obscurus ad octauum annum uires Cometis produxit. Et Gēma Belga, nobilis inter Medicos & Philosophos, quadragesimo post anno (quis credat;) posse fieri mala post Cometā putat. Id uerò si est probabile, quid non absurdī, possimus iuuentuti, & uulgo persuadere? Et si uera sunt, quæ Peucerus habet, formas illas in cœlo apparentes, (quas ego nūquā uidi) aquilarum, draconum, urbiū, cataphractorum, exercituum à Dæmone esse, à quo item fieri credit nimbos, fulmina, tempestates, quis neget ab eodem diabolo, & quidem facilius, Cometas gigni? Evidem scio sensibus nostris maius, & horribilius esse fulmen, undē frequēs ruis, & mors, quām Cometa sit, uel per se lucidus, uel à sole illustratus fulgore suauī. Quid si à tāto Christianorum hoste cometæ sunt (quis uincat non esse Peucero credens;) nullē sunt istorum prædictiones, dum interim dicunt, ex fumis elatis, coactis, incēsis, cometas gigni. Dæmon, inquit Peucerus, ista gignit, ut frustra nos terreat atque decipiatur. Ego verò unum Deum uniuersitatis Domini nū, ac Rectrē agnosco: de pmissione ista incerta nescio quid

Astrologi  
uaticinia  
incerta.

*Augustinus Niphus.*  
Vires Co-  
metar. quā  
ti temporis